

Allgemeine botanische Zeitung.

(Nro. 30.)

I. Original - Abhandlungen.

Ueber einige Ostindische, und besonders Javanische
Melastomaceen; von Hrn. Dr. und Prof. C. L.
Blume. (Schluß.)

9. *Medinilla Hasseltii* †; ramulis teretibus
verrucosis, foliis oppositis brevissime petiolatis
lanceolato - oblongis acuminatis basi subcordatis
trinerviis carnosis, cymis ramosis axillaribus, flo-
ribus octandris.

Crescit circum Harriang et Levebonger pro-
vinciae Bantam, ubi a cl. Van Hasselt de
arboribus lecta.

Adnot: A *M. crassifolia* foliis multo brevius
petiolatis floribusque octandris distincta.

10. *Medinilla succulenta* †; ramulis teretibus
verrucosis, foliis oppositis sessilibus ovato - oblon-
gis acuminatis basi obtusis triplinerviis carnosis,
cymis ramosis axillaribus, floribus octandris.

Melastoma succulentum Blume l. c. p. 1070. —
DeCand. l. c. p. 148. 38.

Degit in arboribus silvarum humidarum Javæ.

11. *Medinilla hypericifolia* †; ramulis tereti-
bus, foliis oppositis sessilibus ovato - lanceolatis
acuminatis basi subcordatis, cymis subramosis, flo-
ribus decandris (rarissime octandris).

Flora 1831. XXX.

K k

Melastoma hypericifolium Blume l. c. p. 1070.

— *DeCand.* l. c. p. 148. 37.

Harendong Mengando Javan.

Crescit in arboribus montis Salak.

** *Inflorescentia elongato-paniculata, terminali vel axillari.*

12. *Medinilla verrucosa* †; ramulis verrucosis, junioribus tetragonis, senioribus teretibus, foliis oppositis sessilibus subcordato-oblongis acumina-
tis sursum exigue denticulatis quintuplinerviis, pa-
niculis terminalibus axillaribusve cernuis, floribus
decandris, calyce subtruncato.

Melastoma verrucosum Blume l. c. p. 1078. —
DeCand. l. c. p. 146. 21.

Harendong Javan.

Habitat in umbrosis ad flumen Tjapus mon-
tis Salak.

13. *Medinilla alpestris* †; ramulis . . . , foliis
oppositis sessilibus semiamplexicaulibus ovato-ob-
longis crenulatis quintuplinerviis subtus purpura-
scentibus, paniculis terminalibus, floribus decan-
dri, calyce quinquedentato.

Melastoma alpestris Jack l. c. p. 20. — *DeC.*
l. c. p. 146. 22.

Crescit in montibus excelsis Sumatrae.

Ad not: Praecedenti — uti videtur — valde
affinis, sed calyce quinquedentato foliisque subtus
purpurascens diversa.

14. *Medinilla Kuhlii* †; ramulis junioribus te-
traëdri, foliis oppositis brevissime petiolatis el-

liptico - oblongis acuminatis basi obtusiusculis triplinerviis (cum nervis 2 marginalibus obsolete), paniculis axillaribus terminalibusve elongatis, floribus decandris, calyce obsolete quinquedentato.

A divo Kuhl in silvis montis Pangaranghu Javae detecta.

Adnot: A specie sequente satis differt foliis basi minus lato - rotundatis nec unquam cordatis, quorum nervi basilares marginales adeo obsoleti marginique approximati, ut folia triplinervia vocanda sint.

15. *Medinilla Javanensis* †; ramis omnibus tetraëdris, foliis oppositis sessilibus subcordato-ellipticis subacuminatis quintuplinerviis integerrimis, paniculis terminalibus axillaribusve divaricatis strictis, floribus decandris.

Melastoma Javanense Blume l. c. p. 1078. — *DeCand. l. c. p. 147. 23.*

M. epidendra Reinw. Ined.

Crescit in silvis altioribus udis Javae.

Adnot: A *M. verrucosa* ramis tetraëdris et foliis integerrimis satis superque diversa.

16. *Medinilla eximia* †; ramis irregulariter tetraëdris, foliis oppositis brevissime petiolatis elliptico-ovatis utrinsecus acutis quintuplinerviis, paniculis terminalibus, floribus octandris.

Melastoma eximia Jack (haud Blume) l. c. p. 17. — *DeCand. l. c. p. 149. 49.*

Habitat ad ripas fluviorum Sumatrae.

17. *Medinilla speciosa* †; ramulis alato - tetraë-

dris, foliis subsessilibus verticillato-quaternis (raro oppositis) ovali-oblongis utrinsecus attenuatis basi obtusis 7—9-nerviis (raro-quintuplinerviis), paniculis terminalibus axillaribusque nutantibus, floribus 8-10-andris.

Melastoma eximium Blume (neque Jack) l. c. p. 1072.

M. speciosa Reinw. Ined.

Crescit in silvis humectis Javae interioris, rarius parasitica ad vetulos arborum truncos; lecta quoque a cl. Reinwardt in insulis Moluccis, e. g. ad summum fastigium montis Tidore.

Adnot: Ab antecedente nervis foliorum numerosioribus foliisque verticillatis (raro oppositis) distincta.

18. *Medinilla intermedia* †; ramulis obsolete tetragonis, foliis subsessilibus oppositis elliptico-oblongis acutis acuminatisve basi obtusis quintuplinerviis, paniculis elongatis terminalibus, floribus octandris.

Habitat prope Tjichanjavar in montosis Gedé.

Adnot: Tam. *M. eximiae*, quam *M. speciosae*, et illi quidem, propter folia opposita, adhuc magis affinis, ramulis tamen obscure tetragonis foliisque basi obtusis neque acutis, perinde ac calyce truncato distingui videtur. A *M. speciosa* autem ramulis haud alatis foliisque minoribus quintuplinerviis facile dignoscitur. Cum in ipsa, tum in *M. speciosa* et *M. eximia* ad foliorum axillasamenta setacea sat longa adsunt, quae, in *M. Java-*

nensi, *M. Kuhlii*, *M. alpestri*, *M. verrucosa* et *M. hypericifolia* minima atque tenerrima, tomentum densum (in *M. succulenta* vix conspicuum) efficiunt.

19. *Medinilla crispata* †; ramulis alato-tetraëdris, foliis sessilibus verticillato-quaternis oblongis basi angustatis quintuplinerviis, cymis subcorymbosis axillaribus (lapsu foliorum laterali-bus), floribus dec-raro dodecandris.

Funis muraenarum mas *Rumph l. c. V. p. 66*
Tab. 35. fig. 1.

Melastoma crispatum *Linn. Sp. Pl. 560. —*
DeCand. l. c. p. 147. 28.

Crescit in vallibus et ad fluviorum ripas Moluccarum,

Adnot: Ut in *M. speciosa*, in hac specie, testante Rumphio („quodvis ipsarum laterum per longitudinem auctum est duplici tenuissima pellicula“) acies singulae ramulorum secus longitudinem pelliculis decurrentibus notatae sunt, quae vero insimul crispatae, prout in *M. pterocaula*. Folia (sive Rumphii) 5 — 9 poll. longa, 2½ — 4 poll. lata, nervis subtus rubentibus instructa. Flores, uti ex icone videtur, magni, parum numerosi. Fructus rotundi, rubri.

Sect. 3. *Hypenanthæ.*

Calycis tubus obovato-oblongus; limbus breviter quadrilobus. *Petala* trapezoidea, alterna angustiora. *Ovarium* in parte libera stellato-pubens. *Semina* scabriuscula. — *Frutex* ramulis, pedunculis foliisque subtus pilis stellatis tomentosis.

Adnot: Propter habitum alienum et pubentiam stellatam, qua vel ipsa alabastra obducuntur, ejusque in congenerum supra descriptarum nulla ne vestigium quidem reperitur, sectio haec haud immerito genus proprium sistere posset, sectione sequente tum pariter a *Medinillis* reliquis segregata.

20. *Medinilla venosa* †; ramulis teretibus, foliis oppositis ovali-oblongis (saepe disparibus) venosis subtus ramulis pedunculisque furfuraceo-tomentosis, cymis pedunculatis terminalibus alaribusve bracteis fugacibus involucreatis.

Melastoma venosum Blume l. c. 1675. — *Decand.* l. c. p. 150. 58.

Habitat in arboribus montis Ternate, a cl. Reinwardt detecta.

Adnot: Flores mediocres, octandri, carnei, pedicellis rubris.

Sect. 4. *Dactyliota.*

Calycis tubus subglobosus; limbus brevis subintegerrimus. *Stylus* nectario annulari cinctus. — *Frutex* ramulis, pedunculis foliisque subtus furfuraceo-tomentosis.

Adnot: Si nectario stylum ad basin cingenti magnum tribuitur momentum, haecce quoque species genus proprium sistere meretur. Sed probe considerandum, jam in *Medinillis* quibusdam sectionis secundae, e. g. in *M. laurifolia*, stylum basi admodum esse incrassatum, quae incrassatio — ex nostra quidem opinione — rudimentum nectarii annularis in *M. bracteata* obvii habenda est.

21. *Medinilla bracteata* †; ramulis teretibus, foliis oppositis subsessilibus oblongis basi decurrente emarginatis exigue denticulatis quintuplinerviis subtus ramulis pedunculisque furfuraceo-subtomentosis, cymis pedunculatis axillaribus terminalibusque bi-trifidis bracteatis, floribus decandris.

Axinaea bracteata Zippel. Ined.

Lecta in Moluccis ab hortulano Zippelio.

11. *Pachycentria*. †.

Calycis tubus cyathiformis, infra medium contractus, limbus obsolete quadridentatus. *Petala* 4, ovata, acuminata. *Stamina* 8, aequalia. *Antherae* oblongo-lineares, rectiusculae, rostratae, poro dehiscentes, postice ad basin calceari (connexivo) crasso carnosio munitae. *Ovarium* semiadhaerens, in parte libera conicum, angulatum. *Stylus* filiformis, sulcatus. *Stigma* parvum, obtusum. *Bacca* globosa, calycis tubo constricto coronata, quadrilocularis. *Semina* ovalia, laevia.

Frutices parasitici, glabri. *Rami* teretes, ex-timi compressi, haud secus ac pedunculi punctis atro-purpureis fuscisve adpersi. *Folia* opposita, petiolata, oblonga, trinervia vel subtriplinervia, integerrima. *Inflorescentia* corymbosa, terminalis et axillaris. *Flores* parvi, rosei, pedicellis medio bibracteolatis.

Adnot: Novum hocce genus a *Medinilla* differt 1) tubo calycis sursum cyathiformi-dilatati circa ovarium fortius constricto; 2) petalis acuminatis; 3) staminum structura diversa, quum

antherarum connexivum in *Medinillis* omnibus ad basin antice auriculas duas et postice calcar subulatum exserat, hic autem tantummodo postice calcar parvo crassiusculo muniatur. Huic quidem alludit generis nomen, α παχύς, crassus, et κέντρον, calcar, derivatum.

1. *Pachycentria constricta* †; foliis ovali-oblongis obtuse acuminatis basi obtusiusculis subinde subcordatis, paniculis terminalibus axillaribusve corymboso-multifloris.

Melastoma constrictum Blume l. c. p. 1072. — *DeCand.* l. c. p. 144. 47.

Lida-Aijam Javan.

Crescit in arboribus ad radices montium Javae occidentalis.

2. *Pachycentria varingiaefolia* †; foliis ovalibus vel elliptico-lanceolatis utrinsecus attenuatis, corymbis terminalibus paucifloris.

Melastoma varingiaefolium Blume l. c. p. 1071. — *DeCand.* l. c. p. 149. 46.

Crescit in arboribus saltuum excelsiorum Javae occidentalis.

12. *Pogonanthera*. †.

Calycis tubus cyathiformis, subquadrangulus, inferae ovario adhaerens; limbus quadridentatus. *Petala* 4, lanceolata, acuminata, medio utrinsecus tumida denticulove instructa. *Stamina* 8, subaequalia. *Antherae* oblongae, acutae, rectae, poro dehiscentes, postice barbatae. *Ovarium* in parte libera conicum, hirsutum. *Stylus* filiformis. *Stigma*

parvum, obtusum. *Bacca* globosa, limbo calycis coronata, quadrilocularis, pulposa. *Semina* ovalia, laevia.

Frutices interdum pseudo-parasitici. *Ramuli* teretes, petioli et pedunculi punctis lepidoti vel furfuracei. *Folia* opposita, petiolata, ovato-oblonga, basi subauriculata, tri- aut subquinenervia, integerrima, glabra. *Inflorescentia* terminalis, paniculata. *Flores* parvi, rubicundi, pulvere resinoso obtecti.

Ad not: In *Miconiearum* tribu genus hocce *Pachycentriae* est proximum, quippe cum ipsa non solum genitalium symmetria quaternaria, sed etiam habitu congruens. Differt autem petalorum utrinsecus subauriculatorum figura staminumque structura, antheris nec apice rostratis nec basi calcaratis ut in *Pachycentria*, sed fasciculo pilorum papillaeformium instructis, quam notam ad genus utrumque dignoscendum sufficientem existimamus.

1. *Pogonanthera pulverulenta* †; foliis ovatis obtusis basi bituberculatis trinerviis coriaceis, petalis utrinque unidentatis.

Melastoma pulverulenta Jack (nec Blume) l. c. p. 19. — *DeCand.* l. c. p. 149. 48.

Habitat in silvis Sumatrae.

2. *Pogonanthera reflexa* †; foliis elliptico-oblongis obtusiuscule acuminatis basi biauriculatis subquinenerviis (aut subquintuplinerviis) membranaceis, petalis utrinque tumidis.

Melastoma pulverulentum Blume l. c. p. 1072.

M. reflexa Reinw. Ined.

Crescit in montosis udis Javæ occidentalis, ubi arboribus innascitur. Etiam in Amboina ab hortulano Zippelio lecta fuit.

Adnot: Foliis tenuioribus magis acuminatis nec non natura parasitica a planta Sumatrana diversa videtur.

13. *Allomorpha* †.

Calycis tubus oblongo-tubulosus, inferne ovario adhaerens; limbus breviter quadridentatus. *Petala* 4, ovata, acuta. *Stamina* 8, alterna parum breviora. *Antherae* lineares, acutae, rectae, basi emarginatae, omnino inappendiculatae. *Stylus* filiformis. *Stigma* simplex. *Fructus* exsuccus, ovato-oblongus, calyce vestitus, quadrilocularis.

Frutex erectus. *Rami* tetraëdri, ferrugineo-punctati. *Folia* opposita, longe petiolata, ovata, integerrima, glabra, quinquenervia. *Panicula* terminalis, parva, ramis divaricatis. *Flores* minuti, albido-rosei.

Adnot: Propter calycem oblongo-tubulosum fere liberum et propter antheras appendiculo omni destitutas planta haec cum e genere *Melastoma* rejicienda (id quod jam ill. DeCandolle sensisse videtur, quum eam inter *Melastoma* dubitanter (cum?) enumeravit), tum nulli alii generum nostrorum novorum accensenda est. Qua de causa ex ipsa novum condidimus genus, nomine *Allomorphae* (ab ἀλλός, alius et μόρφη, forma) insignitum, quod *Pogonatherae* et *Pachycentriae* affine videtur, nisi forte semina a cl. Jack non descripta nimis differant.

1. *Allomorpha exigua*. †.

Melastoma exiguum Jack l. c. p. 10. — DC. l. c. p. 149. 53.

Habitat in insula Pulu Pinang.

14. *Ochthocharis*. †.

Calycis tubus obovatus, ovario adhaerens; limbus tubo continuus, obsolete quinquedentatus, persistens. *Petala* 5, ovata, acuminata. *Stamina* 10, aequalia. *Antherae* oblongae, utrinsecus obtusae, rectae, poro dehiscentes, postice ex basi setam calcariformem exserentes. *Ovarium* apice truncatum, glabrum. *Stylus* subulatus. *Stigma* simplex. *Capsula* globosa, late umbilicata, sicca trilocularis, irregulariter dehiscentis, trophospermio denudato persistente. *Semina* angulato-cuneiformia.

Frutex glaber. *Rami* teretes: extremi compressi. *Folia* opposita, petiolata, ovali-lanceolata, denticulata, triplinervia. *Cymae* ramosae, axillares. *Flores* parvi, coloris carnei.

Adnot: Et calycis petalorumque forma, et fructus trilocularis haud baccatus genus hocce ab *Huberia* DCand. distinguunt, quacum ipsi structura similis processus calcariformis e dorso antherae oriundi communis est, antheris tamen in *Huberia* rostratis, in planta nostra obtusis. — Nomen genericum significat riparum amans, quia frutex iste in fluminum ripis crescit.

†. *Ochthocharis Javanica*. †.

Habitat ad fluvium Panimbang Javae occidentalis.

Trib. III. Chariantbeae Seringe.

15. *Kibessia* DeCand.

Calycis tubus hemisphaericus, setis ramosis muricatus, ovario adnatus; limbus indivisus, calyptraeformis, ad basin circumscissus. *Petala* 4, obovata. *Stamina* 8, aequalia. *Antherae* ovatae, rima duplici longitudinali dehiscentes, dorso carnosae, inappendiculatae. *Stylus* filiformis, superne attenuatus. *Stigma* simplex. *Fructus* subglobosus, depresso-umbilicatus, indehiscens, quadrilocularis. *Semina* cuneata, angulata.

Frutex arborescens, glaber. *Ramuli* teretes: ultimi obsolete tetragoni. *Folia* opposita, brevissime petiolata, ovali-oblonga, utrinsecus attenuata, trinervia, integerrima. *Pedunculi* axillares terminalesque, uni-vel fasciculato-pauciflori, pedicellis medio bibracteolatis. *Flores* caerulei, grandes.

1. *Kibessia azurea* DeCand. l. c. p. 196. 1.

Melastoma azurum Blume l. c. p. 1079.

M. echinata Reinw. Ined.

Kibessie Javan.

Crescit in silvis montanis Javae.

16. *Ewyckia* †.

Calycis tubus hemisphaericus, adhaerens; limbus tubo continuus, truncatus, obsolete quadridentatus. *Petala* 4, ovata, acuta. *Stamina* 8, aequalia. *Antherae* oblongae, utrinque obtusae, rima duplici dehiscentes, postice ad basin denticulo brevi connexivi carnosissimi instructae. *Stylus* filiformis. *Stigma* acutum. *Bacca* globosa, calycis limbo coronata, 4-locularis. *Semina* cuneata, angulata.

Frutex vel *arbuscula* glabra. *Rami* teretes, ad nodos incrassati. *Folia* opposita, brevissime petiolata, elliptica, utrinsecus acuminata, integerrima, trinervia. *Racemuli* axillares, pauciflori, pedicellis medio bibracteolatis. *Flores* parvuli, caerulei.

A d n o t: Vir amplissimus Van Ewyck, summus literarum artiumque liberalium in regno Batavo administrator, expeditiones ad augendas scientias et imprimis ad perquisitionem historiae naturalis coloniarum Indicarum spectantes liberalissime protegendo, de scientia nostra amabili optime est meritus. Quapropter, avidissime amplexus occasionem, virum egregium ad immortalitatis memoriam consecrandi, ipsius nomine novum hocce et distinctissimum ornavi genus, quod habitu potius ad *Memecyleas*, quam ad *Melastomaceas* accedit, et proxime *Kibessiam* reponendum est. Ab hac vero satis distinguitur 1) margine calycis haud calyptratim secedente; 2) petalorum forma 3) antheris postice denticulo s. calcari parvo munitis. Econtra ab *Astronia* toto coelo quoad habitum genitaliumque structuram differt, prout a *Chariantho* tam habitu, quam margine calycis haud dilatato-patente, antherarum fabrica aliena fructibusque indehiscentibus (neque valvatim sese rumpentibus.)

1. *Ewyckia cyanea*. †.

Melastoma azureum Zippel. *Ined.* (nec vero Blume.)

Habitat in Amboina, ubi a Zippelio detecta.

17. *Astronia*. †.

Calycis tubus hemisphaericus, ovario adnatus; limbus 5-6-dentatus. *Petala* 5-6, obovata, obtusa. *Stamina* 10-12, aequalia. *Antherae* lineari-oblongae, rima longitudinali duplici debiscentes, connexivo crasso triangulo-compresso adnatae, inappendiculatae. *Stylus* filiformis. *Stigma* magnum, peltatum. *Capsula* sicca, limbo calycis coronata, bi-quadrilocularis secus longitudinem irregulariter sese findens. *Semina* paleacea, arillo tenui involuta, recta.

Arbores glabellae. *Ramuli* tetragoni, ultimi, petioli, pedunculi calycesque fusco-lepidoti. *Folia* opposita, longiuscule petiolata, oblonga, acuminata, integerrima, trinervia, aut triplinervia, discoloria. *Inflorescentia* paniculata, terminalis et axillaris. *Flores* parvuli, purpurascens, abortu diclini.

1. *Astronia spectabilis* †; foliis trinerviis oblongis acuminatis basi obtusis subtus dense ferrugineo-lepidotis.

Blume l. c. p. 1080. — *DeCand. l. c. p. 197. 1.*
Kichariendung Javan.

Crescit in silvis altioribus Javae.

2. *Astronia papetaria* †; foliis trinerviis oblongis acuminatissimis basi attenuatis subtus dense rufo-lepidotis.

Pharmacum papetarium Rumph. l. c. IV. p. 134.
tab. 69. (fig. mediocris!)

Astronia spectabilis Zippel. Ined.

Epau s. Epau Salay Malay.

In solo argilloso ad margines silvarum Amboinae etc.

Adnot: Specimina hujus plantae pulcherrima, a Zippelio in *Amboina* collecta, docent, illam a praecedente praeter notas indicatas etiam foliis multo majoribus, paniculis ramosioribus floribusque minoribus (magnitudine inter illos prioris et sequentis intermediis) differre.

3. *Astronia macrophylla* †; foliis triplinerviis subtus pube sparsa fugaci consitis.

Blume l. c. — DeCand. l. c. 2.

Kichariendung Javan.

Habitat cum *A. spectabili*, a qua, praeter notas indicatas, floribus multo minoribus constanter hermaphroditis (dum in illa ovarium plerumque abortit) distinguitur.

β. Foliis trinerviis aut obscure triplinerviis.

Habitat cum α.

γ. *Concolor*; foliis subconcoloribus subtus ramulisque exigue lepidotis.

Astronia concolor Zippel. Ined.

Habitat in Moluccis, unde a Zippelio missa. *)

II. B e r i c h t i g u n g e n.

In Beziehung auf einige Irrthümer, die sich bei der Bestimmung und Vertheilung der Dalma-

*) Wir fühlen uns am Schlusse dieser interessanten Abhandlung, die, wie uns der Hr. Verf. berichtet, auch in den *Bydragen tot de naturkundige Wetenschappen* 1831. Nro. III. erschien, verpflichtet, Hrn. Blume für deren gütige Mittheilung öffentlich unsern Dank und zugleich den Wunsch auszudrücken, daß er noch oft auch in unserm Blatte die Früchte seiner Studien niederlegen möge. Die Redaction.

In solo argilloso ad margines silvarum Amboinae etc.

Adnot: Specimina hujus plantae pulcherrima, a Zippelio in *Amboina* collecta, docent, illam a praecedente praeter notas indicatas etiam foliis multo majoribus, paniculis ramosioribus floribusque minoribus (magnitudine inter illos prioris et sequentis intermediis) differre.

3. *Astronia macrophylla* †; foliis triplinerviis subtus pube sparsa fugaci consitis.

Blume l. c. — DeCand. l. c. 2.

Kichariendung Javan.

Habitat cum *A. spectabili*, a qua, praeter notas indicatas, floribus multo minoribus constanter hermaphroditis (dum in illa ovarium plerumque abortit) distinguitur.

β. Foliis trinerviis aut obscure triplinerviis.

Habitat cum α.

γ. *Concolor*; foliis subconcoloribus subtus ramulisque exigue lepidotis.

Astronia concolor Zippel. Ined.

Habitat in Moluccis, unde a Zippelio missa. *)

II. B e r i c h t i g u n g e n.

In Beziehung auf einige Irrthümer, die sich bei der Bestimmung und Vertheilung der Dalma-

*) Wir fühlen uns am Schlusse dieser interessanten Abhandlung, die, wie uns der Hr. Verf. berichtet, auch in den *Bydragen tot de naturkundige Wetenschappen* 1831. Nro. III. erschien, verpflichtet, Hrn. Blume für deren gütige Mittheilung öffentlich unsern Dank und zugleich den Wunsch auszudrücken, daß er noch oft auch in unserm Blatte die Früchte seiner Studien niederlegen möge. Die Redaction.

tischen und Pyrenäischen Pflanzen des Reise-Vereins vom Jahr 1829 eingeschlichen haben, geben wir folgende Berichtigungen:

1) Die Sammlung von Dalmatien betreffend:

Die als *Pyrus salicifolia* L. gegebene Pflanze ist *Pyrus elaeagnifolia* Pall. (*P. salicifolia* Balb.)

Bei *Campanula cordata* Vis. und *Campanula muralis* Portschl. sind die Etiquetten verwechselt worden; nämlich die mit *C. hybrida* L. (*Prismatocarpus* L'Herit.) verwandte einjährige Art ist *C. cordata* Vis.

Der unbestimmte *Crocus* ist *Crocus Pallasii* Goldbach nach der Bestimmung des Hrn. Gay in Paris.

2) Die Sammlung aus den Pyrenäen von 1829 anbelangend:

Fraxinus australis Gay von 1829 ist nur *Fr. excelsior* L. variet. (der wahre *Fraxinus australis* Gay wurde im verflossenen Jahre gesammelt, aber leider nur in sehr wenigen Exemplaren.)

Lavandula vera und *pyrenaica* Dec. dieser Sammlung sind beide *L. pyrenaica* Dec.

Cynoglossum pictum Ait. in eben dieser Sammlung ist nur *Cynoglossum cheirifolium* L., *Tamarix africana* nur *T. gallica* L.

Sideritis pyrenaica ex valle Eynes ist nur eine Varität von *Sideritis hyssopifolia* L. (die Reise von 1830 lieferte die wahre *S. pyrenaica* Poir., welche die Theilnehmer jetzt erhalten.)

Satice reticulata von der Insel St. Lucia ist *Satice bellidifolia* Gouan. varietas.

Zuletzt ist noch zu bemerken, daß das in gegenwärtiger Sammlung von 1830 enthaltene *Chenopodium* von der Insel St. Lucia nicht *fruticosum* L. ist, wie es auf der Etiquette unrichtig heißt, sondern *Ch. trigynum* R. et S. (*Salsola altissima* Cav.)

Eßlingen.

Prof. Hochstetter. Dr. Steudel.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1831

Band/Volume: [14](#)

Autor(en)/Author(s): Blume Carl Ludwig

Artikel/Article: [Ueber einige Ostindische, und besonders Javanische Melastomaceen 513-523](#)